



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum  
Libri quinque**

**Coster, Franciscus**

**Antverpiæ, 1587**

8 Remedia contra inuidiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

REMEDIA CONTRA IN-  
VIDIAM.

*Lib. 5.  
Moral.  
cap. 34.*

*Hom. de  
inuidia.*

**P**RIMVM ex B. Gregorio: Qui (ait) li-  
puoris peste plenè carere desiderat, illā he-  
reditatem diligat, quam cohæredum nu-  
merus non angustat, quæ & omnibus vna est,  
& singulis tota; quæ tanto largior esse ostēdi-  
tur, quanto ad hanc percipientium multitudo  
dilataſt̄ur.

2. Ex D. Basilio, nihil existimare magnum  
esse in hac vita. Nihil (inquit) rerū humana-  
rum magnum, aut supra naturā existimemus:  
non enim in rebus fluxis bonū constituimus.

3. Frequens cogitatio de iis rebus, quæ ad  
fraternū amorē excitare possunt: vt sunt eadē  
natura, eadem Christi beneficia, eiusdē he-  
reditatis promissio, quodque reuera non plus  
merearis honotis, quam qui uis alius; cū & qua-  
liter omnes Deo dicant, Pater noster, qui es in  
cælis: quinimò si vitia tua spectes, indignus  
fis, cui vel minimus honor habeatur.

4. Considerare, cui per inuidiā similis effi-  
ciaris. Nam sicut de charitate dicit B. Ioan-

*I. Ioan. 4.* nes, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Dei  
in eo: & omnis, qui diligit, ex Deo natus est, & sicut  
ille est, nos sumus in hoc mundo: Ita de inuidia di-

*I. Ioan. 3.* cit idem, Cain ex maligno erat, & occidit fratrem  
*I. 41* suum. Et D. Chrysostomus: Inuidia hominem  
*sit.* in diaboli condicionem, atque in dæmonem  
immanissimum conuertit.

5. Consideratio damni atq. malorum, quæ  
adueni

ad fert inuidia; & bonorum , quæ ad fert chari-  
tas. Inuidia siquidem, vt ait D. Basilius, nem-  
ni magis no<sup>t</sup>at, quām authori. Sicut enim (in-  
quit D. Augustinus) ærugo ferrum: ita inui-  
dia ipsam animā, in qua est, interimit & con-  
sumit. Omnibus grauis est inuidus, nemini  
charus; ridetur ab omnibus, illi nemo compa-  
titur. Nā sicut hoc vitium proprium est dia-  
boli (vt ait D. Basilius) ita & ad inuidum af-  
fecti sunt homines , vt affici solēt erga iabō-  
lum. Contra verò charitas lētitiam parit, alio-  
rum bona etiam nostra facit , amore aliorum  
conciliat, &c. vt est apud D. Chrysostomum,  
& D. Gregorium pastoralis curæ parte 3. Ad-  
monitione 11.

*Homil. de inuidia.  
Serm. 8. 1.  
de tempore.*

*Hom. 44.  
ad popul.  
Ant.*

## CAPUT IX.

## REMEDIA CONTRA IRAM.

PRIMVM ex D. Basilio, vt statim atque  
moueri te sentis, iram cohibeas: &, si in-  
ternam commotionē fortasse sedare non  
possis, saltem linguam contineas, vt neq. bo-  
na loquaris, neq. mala, ne quid laxata effutiat,  
quod ira, non ratio dicit et: & potius te ad orā-  
dum conuertas , tuamque infirmitatem Deo  
curandam proponas.

2. Ex B. Gregorio. Ut mens (inquit) sollici-  
ta, antequam aliquid agere incipiat, omnes si-  
bi, quas pati potest, cōtumelias proponat; qua-  
tenus Redemptoris sui probra cogitās, ad ad-  
uersa se præparet. Iacula enim præuisa minus  
feriunt.

*Lib. 5.  
Moral. cap. 32.*

K 2 3. Ex